

Beiheft

S 217

1274 Mai 26.

[24
217

Ritter Gottfried von Gemen für Burlo.

G[odefridus] miles, dominus castri de Gemen, et S[ophia] uxor eius cum suis heredibus viris religiosis G[iselberto] priori totique conventui fratrum de Burlo salutem et omne bonum. Ut eo liberius divino possitis vacare obsequio, quo ab infestatione et suspitione cuiuslibet gravaminis fueritis expediti, tenore presentium securos vos facimus, quod in bonis domus Emekinc in parrochia Borken sitis, quam cum hominibus et omnibus iuribus ad eam pertinentibus a Vincentio nostro consanguineo pro libero predio comparastis, in quibus nullum ius hactenus habuimus, licet in terminis nostre comitie sita sint, vobis et vestris successoribus nomine advocatie vel alia qualibet occasione nequaquam erimus honorosi. In cuius rei testimonium ab eodem Vincentio rogati presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno Domini MCC^oLXXIII^o VII^o Kal. Junii.

Orig. Siegel ab; Lade 225, 1.